



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

B. Henricvs Syso C. 25. Ianuarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

& Henricum Regem sanxit. Venenum non semel innoxius bibit, illis morientibus, qui miscuerant. Pastorem à lupo laniatum vitæ, & gregi reddidit: dæmonem ludicrâ alapâ fugavit. Moritur denique cilicio incumbens, terramque matrè prono pectori deosculans. Mortuum sex dies odor mirissimus laudavit suavissimusque; tumularunt inter homines visi Angeli, sepulchrum verò ingentia miracula ornatunt. Ex Surio.

## B. HENRICVS SVSO C.

25. Ianuarii.

HENRICVS SVSO Constantiæ in D. Dominici familiam adlectus simulque à IESV in adyta amoris induitus, IESV nomen pectori insculpsit ingeniosus cælator. Digitales erant literæ, quæque ad cordis motum, & ipsæ movebantur, ut cum hoc dudum consiprasse, idemque utrobique agi scires. Interea inter dolores deficientē alterum, & è cælo lapsum nomen IESV è cruce auro gemmisque rutilans recreavit. Et cur à Filio Mater abesset? MARIAM salutare ante solem gestiebat, tunc præfertim, cùm idem facere Angelos audiisset, illis verbis, *stella MARIA maris hodie proceſſit ad ortum: quandoque etiam ad cantus illos socius admissus.* Iam Kal. Ian. & Maij, quibus Suevia vel Xeniis vel cantu certat, ille totos dies

64 *Vita Sanctorum.* 26. I A N.  
dies IESVM & MARIA M sonare, flo-  
res Crucis dare, hanc osculis fatigare;  
ut post tot amores manifestus iterum  
IESVS HENRICI nomen in AMAN-  
DI mutarit, & MARIA (cujus solo no-  
mine in fugam orcum dabat) humana  
nauseanti cælestem liquorē propinarit.  
Cæterum (mecum mirare) hucusque  
in primo gradu virtutis confistere A-  
MANDVM suum Christus docuit, &  
Seraphinum alatum in cruce suâ indu-  
tus docuit per adversa non ire, sed vo-  
lare in cælum. Abhinc scortator, sacro-  
rum fur, impostor, veneficus audiit  
AMANDVS, ut succumbere potuisset,  
nisi IESVS & MARIA Angelique col-  
loquiis suis identidem firmassent. His  
succollantibus in cælos evasit, anno  
M. CCC. LXV. qui sequi volunt, legant  
scandalique *Rupes*, quas scripsit. Ex  
*Ann. Ordin. Præd.*

S. POLYCARPV S E P. M.  
26. Januarii.

A ntistes Smyrnensibus POLYCAR-  
PV S à Divo Ioanne Apostolo datus  
est, eâ apud omnes fuisse auctoritate  
memoratur, ut subinde sperare ausi sint  
Iudæi, Christianos, missio Christo, PO-  
LYCARPV SECUTIROS. Libertate  
quæ Christianæ in dicendo fuerit, ar-  
gumento sit ejus cum Marcione hære-  
tico congressus, qui cùm ad conspectū  
suum